Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35421
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

Vigilia Neocell. 2.

In vigilia natiuitat dñi Introitus. Hodie scietis quia veniet dominus et saluabit nos: et mane videbitis gloriam eius. Ps. Domini est terra et plenitudo eius: orbis terrarum et vniuersi qui habitant in eo. Collecta.

Deus qui nos redemptionis tue annua expectatione letificas: da vt vnigenitum tuum quem redemptorem letis suscipiamus: venientem quoque iudicem securi videamus. Per eundem.

Prima Lectio Esaie pro.

Hec dicit dñs. Propter Sion non tacebo: et propter Hierusalem non quiescam donec egrediatur vt splendor iustus eius. et saluator eius vt lampas accendatur. Et videbunt gentes iustitiam tuam: et cuncti reges inclitum tuum. Et vocabitur tibi nomen nouum: quod os dñi nominauit. Et eris corona glie in manu dñi: et diadema regni in manu dei tui. Non vocaberis vltra derelicta: et terra tua non vocabitur amplius desolata: sed vocaberis voluntas mea in eo. Et terra tua inhabitabitur: quia complacuit dño in te. Epla continuatim se.

Lectio epistole Pauli ap. ad Romanos.

Fratres. Paulus seruus Ihu christi vocatus aplus: segregatus in euangelium dei quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Qui predestinatus est filius dei in virtute secundum spm sanctificationis ex resurrectione mor